



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de obligatione, velut ex quasi contractu, vnde Actio ad Exhibendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

rum ad ciuita. pertinent. P. l. i. de conueniend. s. sc. debitor. lib. 10. Cod. tit. 2. l. 1. 2. Et sin. quo quisque ordine conueniatur. lib. 11. C. tit. 35. De hinc & h. ac vera sunt, vt & nominatores, & fideiussores magistratum subsidiaria actione teneantur, quando de conferenda indemni repub. agitur: si enim agatur de damno contingenti particularibus, veluti pupillis, ex negligentia magistratum, quod non satis idoneos tutores dederint, subsidiaria quidem actione ipsi tenentur: nominatores vero eorum, vt ordo decurionum, nisi id nominatim polliceantur, nec eorum pro magistratu fideiussores, qui rem publicam, non pupilli, saluam fore promiserunt, l. i. de magistrat. conueniendis. lib. 27. P. tit. 8. neque ob culpam, nec ob delictum, conueniri possunt. l. vnic. de periculo eorum qui pro magistrati. interuener. lib. 11. C. tit. 34.

De Negotiorum gestione rerum communium. Cap. 5.

1 De iudiciis familie eriscunda, communi diuidendo, finium regundorum remissus.
 2 Et iudiciis familie eriscunde, communi diuidendo, finium regundorum, diximus in rebus post nauatationem noui operis, de rebus communibus agentes: & de falso modo renuntiatione pauca in criminibus priuatis, titu. de termino moto.

De quasi contractu indebiti soluti. Cap. 6.

1 De conditione indebiti remissus.
 2 Et hoc etiam iam diximus in contractibus, post mutuum, & cessionem bonorum.

De Obligatione, velut ex quasi contractu, vnde actio ad exhibendum. Cap. 7.

- Ad exhibendum. Lib. 10. P. tit. 4. Lib. 3. C. tit. 42.
- De libero homi. exhib. P. 43. tit. 28.
- De liberis exhib. eo. lib. tit. 29. & C. lib. 8. tit. 8.
- De tabul. exhib. P. lib. 43. tit. 7. C. lib. 8. tit. 7.
- 1 Ad exhibendum actio vnde nata, & natura eius.
- 2 Exhibere quid.
- 3 Et cum restitutione differentia eod.
- 4 Exhiberi petuntur res mobiles, non immobiles.
- 5 Interdictum de libero homine exhibendo cur introductum, & in quos datur eod.
- 6 Interdictum de liberis exhibendis & deducendis pro quibus, quibus, & in quos datur.
- 7 Maritus interdicto repetere potest uxorem, etiam a patre detentam.
- 8 Interdictum de tabulis exhibendis cui, & pro quo datur.
- 9 Serui eod.
- 10 Ad exhibendum actio, mutatur aliquando in actionem in factum.
- 11 Tignum iniunctum alienum non potitur, vt soluatur, quare, & alia eod.
- 12 Exhiberi res etiam non stantes, & non posse quare petantur.
- 13 Ad exhibendum actione qui agere possunt.
- 14 Et contra quos.
- 15 Ad exhibendum agens rem plane describere debet, vt in rei vindicatione.
- 16 Ad exhibendum conueni qua sunt partes: & in quantum condemnentur eod. & num. 15.
- 17 Ad exhibendum actionis finis vt agatur rei vindicatione.
- 18 Exhiberi ubi debeat res petita, & cuius expensis.

1 Actio ad exhibendum personalis est, l. 3. hac actio ad exhib. P. competens aduersus rei detentorem, qui tamen obligatus nobis expresse ex aliquo contractu esse non potest: ita nata, ex quasi contractu, gl. in d. §. hac actio, in verbo personalis, arg. §. 1. de ob. que ex qua. cont. in rem scripta, quae semper detentorem comitantur, l. 3. §. fin. ad exhib. P.
 2 Et Exhibere, est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiundi sit copia, Paul. l. 2. ad exhib. P. Ita minus est in exhibitione, quam in restitutione. Nam restituere, est etiam possessorem facere, fructusque reddere: pluraque praeterea restitutionis verbo continentur, l. plus est. 22. Et l. fin. de verb. sig. P. Et l. restituere, eo. l. videamus, §. in Fabiana, de viur. Exhibere vero, est praesentiam corporis praebere, l. plus est, Et l. locum. 3. §. hoc interdictum de tab. exhib. itaque di, vindicandique facultatem facere: & proprie

exhibere, est extra fecerum habere, l. quod & lex. §. ait prator de liber. homine exhib. P. Et in criminibus exhibitio recum, est res sultere iudicio, l. si quis. Et 100 tit. de exhibisio. reorum, omilla exhibitionis alia acceptione, quae ad educationem refertur. l. si quis a liberis. §. de liberis agnosce. P. tit. 2. §. 1. 3. l. Nezenius de nego. gesti. Exhiberi petimus, vel res nobis ex aliqua obligatione, aut pacto, aut contractu debitas & tradendas, vt in l. instrumeta. 24. C. de fidei. com. aut sine illis. In prioribus non actione ad exhibendum agimus, sed ex actionibus, quae oriuntur ex causis seu pactis, & obligationibus dandi, puta ex stipulatu, ex emto, societate, madata, negotiorum gestorum, tutelae, vt in l. Titius heres. 30. de actum. emi. P. l. quadam. 9. de eden. P. cum sim. & similibus. Quando autem rem nobis exhiberi desideramus, non certi omnino, an ea de re cum quopiam agere expediat, nisi prius eam viderimus, tunc actione hac ad exhibendum agimus, l. meminimus. §. sed ubi, quando & quibus quar. par. s. debent. l. 10. C. l. ad rem mobiliam. §. 6. Et ubi gl. de procur. P.

Res, quae exhiberi petuntur, mobiles esse debent: immobiles quippe exhiberi frustra petimus, cum latere facile non possint: quamuis & res immobiles demonstrare interdum, & oculis subicere necessarium sit, vt in l. si irruptione. §. finium regum. P. sed aliis de causis & actionibus, quam per ad exhibendum iudicium.

Neque etiam pro omnibus rebus mobilibus agitur ad exhibendum: nam haec actio ad eam rem inutilis est, si liber homo retinetur, creditor enim tantum competere ei, cuius pecuniari. ter interest, l. si liber homo. 13. ad exhib. P. homo autem liber non recipit aestimationem, l. §. sed cum homo, de iis qui deiecit. P. Proinde ad aequitatis pratoriae officiam itum est, & prospectum per interdictum de libero homine exhibendo, qui dolo malo retinetur, ab eo qui ius in personam retenti non habet, l. 1. §. 3. §. 4. tamen. de liber. homi. exhib. P. d. l. si liber homo, ad exhib. P. Hocque interdictum proprio tuenda libertatis causa, d. l. 1. §. si eo de liber. homi. exhib. Nihil enim vultum a specie seruientium differunt, quibus non datur recedendi facultas, l. 2. eo. titu. P. l. antiquitas. C. de v. s. u. l. cum sim. Quo fit, vt omnibus competat: cum nemo prohibetur libertati fauere, l. 3. §. hoc interdictum omnibus, de liber. homi. exhib. P. remaneat etiam poena legis Fabiae, d. l. 3. quae acerrime punit eos, qui liberas personas concludunt, & iniurias retinent, l. non solum §. si. ad leg. Fabiam, de plagi. P. l. si fravem. 8. eo. tit. vt latius diximus in plagio, inter crimina, vt nec tempus modicum pro exhibitione liberi hominis concedatur ei, qui dolo malo iniuriam retinet: quoniam praeteriti facti poena est, d. l. 4. §. 1. de liber. homi. exhib. P. volentem autem retinens, non tenetur hoc interdicto: nisi calliditate prius circumuentum, vel seductum, vel sellicitatum antea retineat, aut si non bona fide, vel probabilis ratione hoc faciat, l. 3. §. si quis volentem. eo. titu. P. Nec debitorem latitantem quicquam exhibere cogitur: quia sponte videtur latitare, & retineri, & in bona eius a pratore fieri potest missio, l. si §. si. de liber. homi. exhib. l. peris que. Et si quisque de in ius v. P. Qui etiam bona fide hominem liberum emit, quem putat esse seruum, vel dubitat esse seruum, antequam certior fiat, dolo malo possidere vel retinere non videtur, nec hoc interdicto tenetur, l. 3. §. is qui nescit. Et l. fin. de liber. homi. exhib. Neque is quoque qui nescit hunc miuem liberum apud se retineri, d. §. is qui nescit.

Ad haec interdictum, de libero homine exhibendo, pertinet aliud interdictum de liberis exhibendis & deducendis, l. 1. §. in hoc interdicto. de liber. exhib. P. sed hoc interest inter haec duo: quod interdictum prius de libero homine, sit cuique permisum, & possit is qui non detinet dolo malo, obicere exceptionem at in hoc, in quo agit qui in potestate habet, contra detinentem eum qui sub sua est potestate, omnimodo sine exceptione debet fieri exhibitio: nisi mater possideat, agente patre: vel maritus, agente eodem de filia, d. l. 1. §. pen. Et si. P. Et l. 2. C. eo. titu. Quia & apud matrem quoque debet saepe potius morari, quam apud patrem filius, d. l. 1. §. si vero mater. l. 1. §. 2. C. de diuor. l. pen. C. de pat. potest. Et obtinuit aliquando ob nequitiam patris, vt apud matrem sine diminutione patris potestatis moraretur, l. 3. etiam §. de liberis exhib. P. Inuitis alioquin filius familias detentus, patre agente interdicto hoc, & de liberis deducendis, non solum exhibendus, sed etiam deducendus: vel quin deducatur ab eo exhibitus, prohibere non potest is aduersus quem actum est: nulla habita ratione voluntatis filii familias: neque exigitur ea de re alia notio pratoris, praeterquam si is qui conuenitur contentat se patrem esse, d. l. 3. hoc autem. eo. titu. vel si filius familias dicat se patrem familias, l. pen. Et fin. eod.

§. Maritus

¶ Maritus recte etiam cum patre uxoris edicto de liberis exhibendis & deducendis, videlicet de uxore retenta a patre exhibenda, & deducenda, contendit, & potior est, l. 2. de liberis exhib.

¶ Non datur autem actio ad exhibendum, pro tabulis exhibendis, si quis extra heredem, tabulas testamenti, aut codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi velit: sed datur interdictione de tabulis exhibendis, l. 3. si quis extra heredem, ad exhibendum in P. l. 3. solent. & §. condemnatio. de tab. exhib. P. heredi tamen datur, l. 2. & §. quem ad modum. testam. apria. P. Præparatorum nihilominus hoc interdictione de tabulis exhibendis, ad alias actiones est, l. de his. 6. de tranfact. P. l. 1. quæ ad testam. ap. P. ut actio ad exhibendum, cui & affine, l. de vend. 12. §. si exhib. P. Quinimo Valerius & Gallenus pupillari substituto, mortuo pupillo, hoc interdictione experiri permittunt, l. unico. de tab. exhib. C. cum tamen, quia heres possit, vt dixi mox, experiri actione ad exhibendum. Datur porro hoc interdictione, non aduersus quemlibet possidente tabulas testamenti, vel ad testamenti causam pertinentes: sed aduersus detentorem, qui negat se tabulas possidere, vel exhibere ob certam probabilem causam oportere, l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. de tab. exhib. P. vt cogatur exhibere. Experitur autem eo interdictione, omnes quorum interesse exhiberi, l. 3. interdictione. vers. solam. de tab. exhib. P. vel quia quippiam in illis sibi relictum putant, vel impugnatæ tabulas decreuerunt, vel alio modo sua interest exhiberi.

¶ Facit & æquitas exhibitionis, vt quamuis ad exhibendum agitur non possit, tamen in factum actio datur, vt Iulianus tractat, l. 3. interdictione. ad exhib. P. Et quandoque ad exhibendum actio in actionem, in factum mutatur, vt si exhibeatur res deterior facta, & mutata prioris specie. Dioclet. & Maximia. dicant dari actionem in factum, l. exhibitionis, 7. ad exhib. C. quam tamen Vlpianus ad exhibendum in eadem fere questione dixit, l. Iulianus, 9. §. si quis.

¶ Prohibet lex duodecim Tabularum, tignum adificio infernum, solui, & ideo tignum non potest per ad exhibendum peti, l. gemma. 6. ad exhib. P. ne vt vis facies deformetur, l. prator. §. hoc interdictione. de oper. no. nunt. P. l. 2. §. si quis neminem, ne quid in loc. publi. P. & quia proprie non dicitur possidere, l. qui omnes, de acquir. poss. Diuersum tamen in gemma aut, d. l. gemma. alieno inclusa, quæ etiam vindicari nequeat, tamen per ad exhibendum, vt separetur petitur. Idipsum in rota vehiculo alterius iuncta statuentiam censet Vlpianus, ex sententia Pomponii: & in tabula mea, armario tuo, vel nauis iuncta, vel anas cycpho vel emblemate phiala, vel purpura vestimento vel brachio statuae iunctis, l. tigni appellatione, 7. §. 1. & 2. ad exhib. P.

¶ Agitur & ad exhibendum pro rebus exstantibus, & pro non exstantibus, & non possessis, si quis conuenitur dolo desit possidere, vt si hominem quem possidebat occidit, sine in alium transtulerit: si ita rem contraperit, ne haberi possit: si vinum, vel oleum, vel aliud quippiam effuderit: si glandem ex arbore tua in fundum meum decidenter, immisso pecore depascit dolo malo, l. Iulianus, 19. cum suis §. eo. P. videlicet, ratione æstimationis faciendæ licis.

¶ Personæ quibus licet hac actione experiri, generaliter omnes sunt, quarum exhiberi rem aliquam interesse videtur, l. si liber homo, 13. §. 1. §. sciendum est autem. & l. ad exhibendum, 19. ad exhib. in P. iuste & probabiliter, l. 3. §. si mecum. & l. pen. ad exhib. P. tempore videlicet, quo fit litis contestatio, quo fit condemnatio, l. tigni appellatione, 7. §. si eo. tit. Quamobrem & iudex hac de actione audis, hæc tunc cognoscet, an iustam & probabilem habeat causam actor actionis, propter quam sibi exhiberi desideret, in d. l. 3. §. si mecum, vers. si eleganter. Et si plurius vna de causis vel ex pluribus inter sit rem exhiberi, & illi agere omnes possunt, d. l. 3. §. Pomponius scribit. Neq; qui ad exhibendum agit vtique dominum

¶ dicit, nec debet ostendere, cum multa causæ agendi sint. ¶ Et contra possidentes ex his causis, vel qui dolo desierint possidere deatur, vt contra creditorem rem pignoratam possidentem, contra depositarium, commodatarium, condactorem, & heredes eorum, l. 3. §. fin. & l. 4. §. 5. ad exhib. P. l. si ad exhibendum, 8. l. si vir nuntius, 14. eo. l. ad exhibendum, §. C. eo. tit. municipesque, l. tigni. §. nemo municipes, eo. P. Heres non quasi heres, sed suo nomine vt

hac actione potest, item heres possessoris, suo nomine tenetur. Igitur non procedit querere, an heredi & in heredem danda sit: ex dolo tamen defuncti in heredem datur actio, si hereditas eo nomine locupletior sit, l. de eo. 1. 2. §. heres, eo. tit. P. ¶ In hac actione actor omnia noscere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, l. 2. ad exhib. P. id est, ita describere & demonstrare rem peritam, vt quam petat intelligatur, vt & in rei vindicatione receptum est, l. si in rem. de rei vind. P. Et si de stercore congesto in aream alicuius ea actione agatur, de toto, non de parte exhibendo agendus, l. Celsus, §. si item Celsus, eo. & si de rare, vel nate delata, vt fluminis in agrum alterius agatur exhibenda, prius cauendus est de damno dato, & futuro, d. l. Celsus, §. sed est raris. & l. thesaurus meus, 15. ad exhib. P. ¶ Contra qui contentus ad exhibendum est, vel exhibere debet, vel si dolo desit possidere, eandem debet se exhibitorum, si in potestatem eius peruenit, d. l. Celsus, §. item si quis, & l. de eo. §. si iusta causa, eo. tit. Quod si non restituerit, cum possit, vel si dolo desierit possidere, tenetur in quantum in litem iurabitur ab actore eius interesse non fuisse rem exhibitam, iudice quantitate taxante, l. 2. §. praterea. & l. Celsus, §. si idem Iulianus, eod. tit. l. 4. C. eod. nec absolui contentus debet nisi paratus sit repetita die intentionem suscipere, ita vt fructus secundum legem æstimentur, & ideo restituatur partus vtilitates, si que amissa sunt ob hoc, quod non exhiberetur, vel tardius quidem restitueretur: quæ æstimandæ sunt a iudice non quanti res sit, quia vtilitas actoris inter dum maior est, quam res. ¶ Nam quantum ad hanc actionem attinet, exhibere, est in eadem causa prestare in qua fuit cum iudicio acciperetur, vt quis copia rei habens, possit exsequi actionem, quod destinatur, hæc omnia in l. Iulianus, 9. §. quantum, vsque ad finem legis, ad exhib. P. l. si optio, 20. & l. sed est, 11. eo. P. ¶ Finis propter quæ hæc actio introducta est, rei vindicatio est, quia maxime propter vindicationes inducta, l. 1. ad exhib. P. l. 1. C. eod. quamuis & alii possint ex superioribus colligi. Et ita in gratiam actoris etiam datur. ¶ Et proinde eius periculo, & impendii perferenda, perducendave eo loci vbi actio fit, alioquin ibi exhibenda, vbi fuerit, dum lis contestaretur, l. sed est, 11. §. quo autem loco, ad exhib. P.

¶ Non datur autem actio ad exhibendum, pro tabulis exhibendis, si quis extra heredem, tabulas testamenti, aut codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi velit: sed datur interdictione de tabulis exhibendis, l. 3. si quis extra heredem, ad exhibendum in P. l. 3. solent. & §. condemnatio. de tab. exhib. P. heredi tamen datur, l. 2. & §. quem ad modum. testam. apria. P. Præparatorum nihilominus hoc interdictione de tabulis exhibendis, ad alias actiones est, l. de his. 6. de tranfact. P. l. 1. quæ ad testam. ap. P. ut actio ad exhibendum, cui & affine, l. de vend. 12. §. si exhib. P. Quinimo Valerius & Gallenus pupillari substituto, mortuo pupillo, hoc interdictione experiri permittunt, l. unico. de tab. exhib. C. cum tamen, quia heres possit, vt dixi mox, experiri actione ad exhibendum. Datur porro hoc interdictione, non aduersus quemlibet possidente tabulas testamenti, vel ad testamenti causam pertinentes: sed aduersus detentorem, qui negat se tabulas possidere, vel exhibere ob certam probabilem causam oportere, l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. de tab. exhib. P. vt cogatur exhibere. Experitur autem eo interdictione, omnes quorum interesse exhiberi, l. 3. interdictione. vers. solam. de tab. exhib. P. vel quia quippiam in illis sibi relictum putant, vel impugnatæ tabulas decreuerunt, vel alio modo sua interest exhiberi.

¶ Facit & æquitas exhibitionis, vt quamuis ad exhibendum agitur non possit, tamen in factum actio datur, vt Iulianus tractat, l. 3. interdictione. ad exhib. P. Et quandoque ad exhibendum actio in actionem, in factum mutatur, vt si exhibeatur res deterior facta, & mutata prioris specie. Dioclet. & Maximia. dicant dari actionem in factum, l. exhibitionis, 7. ad exhib. C. quam tamen Vlpianus ad exhibendum in eadem fere questione dixit, l. Iulianus, 9. §. si quis.

¶ Prohibet lex duodecim Tabularum, tignum adificio infernum, solui, & ideo tignum non potest per ad exhibendum peti, l. gemma. 6. ad exhib. P. ne vt vis facies deformetur, l. prator. §. hoc interdictione. de oper. no. nunt. P. l. 2. §. si quis neminem, ne quid in loc. publi. P. & quia proprie non dicitur possidere, l. qui omnes, de acquir. poss. Diuersum tamen in gemma aut, d. l. gemma. alieno inclusa, quæ etiam vindicari nequeat, tamen per ad exhibendum, vt separetur petitur. Idipsum in rota vehiculo alterius iuncta statuentiam censet Vlpianus, ex sententia Pomponii: & in tabula mea, armario tuo, vel nauis iuncta, vel anas cycpho vel emblemate phiala, vel purpura vestimento vel brachio statuae iunctis, l. tigni appellatione, 7. §. 1. & 2. ad exhib. P.

¶ Agitur & ad exhibendum pro rebus exstantibus, & pro non exstantibus, & non possessis, si quis conuenitur dolo desit possidere, vt si hominem quem possidebat occidit, sine in alium transtulerit: si ita rem contraperit, ne haberi possit: si vinum, vel oleum, vel aliud quippiam effuderit: si glandem ex arbore tua in fundum meum decidenter, immisso pecore depascit dolo malo, l. Iulianus, 19. cum suis §. eo. P. videlicet, ratione æstimationis faciendæ licis.

¶ Personæ quibus licet hac actione experiri, generaliter omnes sunt, quarum exhiberi rem aliquam interesse videtur, l. si liber homo, 13. §. 1. §. sciendum est autem. & l. ad exhibendum, 19. ad exhib. in P. iuste & probabiliter, l. 3. §. si mecum. & l. pen. ad exhib. P. tempore videlicet, quo fit litis contestatio, quo fit condemnatio, l. tigni appellatione, 7. §. si eo. tit. Quamobrem & iudex hac de actione audis, hæc tunc cognoscet, an iustam & probabilem habeat causam actor actionis, propter quam sibi exhiberi desideret, in d. l. 3. §. si mecum, vers. si eleganter. Et si plurius vna de causis vel ex pluribus inter sit rem exhiberi, & illi agere omnes possunt, d. l. 3. §. Pomponius scribit. Neq; qui ad exhibendum agit vtique dominum

¶ dicit, nec debet ostendere, cum multa causæ agendi sint. ¶ Et contra possidentes ex his causis, vel qui dolo desierint possidere deatur, vt contra creditorem rem pignoratam possidentem, contra depositarium, commodatarium, condactorem, & heredes eorum, l. 3. §. fin. & l. 4. §. 5. ad exhib. P. l. si ad exhibendum, 8. l. si vir nuntius, 14. eo. l. ad exhibendum, §. C. eo. tit. municipesque, l. tigni. §. nemo municipes, eo. P. Heres non quasi heres, sed suo nomine vt

hac actione potest, item heres possessoris, suo nomine tenetur. Igitur non procedit querere, an heredi & in heredem danda sit: ex dolo tamen defuncti in heredem datur actio, si hereditas eo nomine locupletior sit, l. de eo. 1. 2. §. heres, eo. tit. P. ¶ In hac actione actor omnia noscere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, l. 2. ad exhib. P. id est, ita describere & demonstrare rem peritam, vt quam petat intelligatur, vt & in rei vindicatione receptum est, l. si in rem. de rei vind. P. Et si de stercore congesto in aream alicuius ea actione agatur, de toto, non de parte exhibendo agendus, l. Celsus, §. si item Celsus, eo. & si de rare, vel nate delata, vt fluminis in agrum alterius agatur exhibenda, prius cauendus est de damno dato, & futuro, d. l. Celsus, §. sed est raris. & l. thesaurus meus, 15. ad exhib. P. ¶ Contra qui contentus ad exhibendum est, vel exhibere debet, vel si dolo desit possidere, eandem debet se exhibitorum, si in potestatem eius peruenit, d. l. Celsus, §. item si quis, & l. de eo. §. si iusta causa, eo. tit. Quod si non restituerit, cum possit, vel si dolo desierit possidere, tenetur in quantum in litem iurabitur ab actore eius interesse non fuisse rem exhibitam, iudice quantitate taxante, l. 2. §. praterea. & l. Celsus, §. si idem Iulianus, eod. tit. l. 4. C. eod. nec absolui contentus debet nisi paratus sit repetita die intentionem suscipere, ita vt fructus secundum legem æstimentur, & ideo restituatur partus vtilitates, si que amissa sunt ob hoc, quod non exhiberetur, vel tardius quidem restitueretur: quæ æstimandæ sunt a iudice non quanti res sit, quia vtilitas actoris inter dum maior est, quam res. ¶ Nam quantum ad hanc actionem attinet, exhibere, est in eadem causa prestare in qua fuit cum iudicio acciperetur, vt quis copia rei habens, possit exsequi actionem, quod destinatur, hæc omnia in l. Iulianus, 9. §. quantum, vsque ad finem legis, ad exhib. P. l. si optio, 20. & l. sed est, 11. eo. P. ¶ Finis propter quæ hæc actio introducta est, rei vindicatio est, quia maxime propter vindicationes inducta, l. 1. ad exhib. P. l. 1. C. eod. quamuis & alii possint ex superioribus colligi. Et ita in gratiam actoris etiam datur. ¶ Et proinde eius periculo, & impendii perferenda, perducendave eo loci vbi actio fit, alioquin ibi exhibenda, vbi fuerit, dum lis contestaretur, l. sed est, 11. §. quo autem loco, ad exhib. P.

De Negotiis gestis cum iis, qui in aliena potestate esse dicuntur, & de actione quod iussu.

Cap. 8.

Institut. Lib. 4. tit. 6. P. Lib. 14. tit. 7. C. lib. 4. tit. 26. Werent. Meyer.

1. Negotiorum gestio cum personis, qua aliena sunt potestates, quam producat obligationem.
2. Filius familias in quantum tenetur emancipatus pro gestis in potestate existens.
3. Iussu patris, vel domini cum filiofam. & seruo contractum, quam producat actionem.
4. Iussu quid, & quomodo a mandato differat. Liber generalis specialisque, eod.
5. Iubri que res possunt geri, qui iubeant, & quibus. Quod iussu actio pro quibus, & quibus datur, eod.
6. Iussu obligatoris forma.
7. Commendatitia iura patris, vel domini pro filio, vel seruo, non faciunt. Quod iussu obligationem, si quis contrahat cum illis.
8. Est honoraria, eius finis.

Vnt personæ quæ in alterius potestate esse dicuntur, vel quæ alterius nomine gerunt, cum quibus negotia tractata, pariunt actionem, non tantum contrarias, sed & contra eos quorum potestati subiaci dicuntur. Sed diuerso modo, ratione personarum iutorum, & filiorum, diuersa & ratione mutationis status eandem, & aliarum peristatim annotatione. Siquidem cum cõstet iure ciuili, seruos omnino esse incapaces conuentionum, l. serui, 13. de acti. in P. cum sim. l. quod attinet. de reg. iur. proculdubio neque tenentur manumitti ex eo quod nomine proprio contraxerant, adempto illis peculo, si mutuum acceperint, l. 2. an seruus pro suo fact. post manumiss. tenent. l. 4. C. tit. 14. si fundi domini quis coluerit, & sit ei reliquatus, l. si vt allegas, §. eod. tit. quamuis aliquando dominus per actionem in factum possit petere, quod est seruus in seruitute promissit, vt eum manumitteret, l. 3. C. eo. tit.

¶ Ac filius familias, cum recte obligetur, dum modo minor non sit, iam ex contractibus, de iud. P. l. filiusfamil. 38. de acti. P. l. nulla res quod cum eo. Cod. de eo quoque quod eo tempore quis cum illo gessit, tenebitur. Non tamen in solidum, sed in quantum facere possit, l. 2. & l. pater, 7. quod cum eo qui in alio potest. P.